1468 · 16 febb Castiglio 52

In nomine domini amen. Anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, indictione prima,
existente domino potestate Canalij magnifico domino Cristoforo de Casate, die Martis sextodecimo mensis Februarij,
hora in octava, in loco Canalij, videlicet in domo habitationis heredum quondam Bertolomei de Barocio, sita ubi
dicitur in pasquario. Ibique Petrus de Marzono de Canalio filius quondam Henrici, renuncians exceptioni non habitorum
et sibi non traditorum denariorum, fuit confessus manifestus tacitus et contentus ac dixit et protestatus
fuit se nomine et ex causa mutui habuisse et recepisse a Johannino de Barocio filio quondam Simonis habitante Canalij
libras duodecim imperialium et solidos tredecim. Quas libras duodecim et solidos xiij imperialium dictus Petrus
de Marzono omni exceptione remota guarentire et sollemni stipulatione promisit prefato Johannino de Barocio ei
dare restituere et solvere hinc ad festum sancti Michaelis proximum venturum simul cum omnibus dampnis
expensis et interesse, renuncians omni probationi solutionis sine hoc breve casso vel alio fine. Hoc
acto pacto inter ipsos contrahentes videlicet quod si dictus Petrus fuerit negligens in dando et solvendo et non dederit
et solverit dictas libras duodecim et solidos xiij imperialium ipsi Johannino infra terminum dictum, quod ipso elapso
termino possit ipse Johanninus et sibi liceat dictum Petrum detineri facere personaliter et in carceribus
poni ac de bonis et rebus ipsius Petri sequestrari seu saxiri facere in omni civitate burgo castro
villa et omni alio quovis loco ubi ipsi Johannino accidet et melius videbitur et placebit dictum Petrum
guarentire coram quocumque iudice tam ecclesiastico quam seculari. Renuncians ipse Petrus omnibus iure
legum statutis et decretis ducalibus quibus posset se tueri vel defendere ne contra eum fiat executio
realis et personalis ad requisitionem et petitionem ipsius Johannini omni die et hora in quolibet loco et coram
quocumque iudice dicto usque ad perfectam completionem librarum duodecim et solidorum xiij imperialium cum suis expensis
legitimis. Et causa sic attendi et firmiter observandi idem Petrus obligavit eidem Johannino omnia sua
bona pignori. Et ad maiorem affirmationem ipse Petrus sponte tactis scripturis iuravit ad sancta
dei evangelia in manu mei notarij infrascripti predicta omnia et singula attendere observare et non
aliquatenus contravenire. Interfuerunt ibi testes magister Augustinus de Barocio sartor filius quondam Bertolomei
et Albertolus de Zucharo filius quondam Franceschini habitatores Canalij noti idonei rogati et vocati.

G I P

Ego Conrardinus de Prandis de Canalio filius quondam Johannini notarius publicus
hoc breve rogatus tradidi abbr. scripsi et me subscripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morleio 7 (52)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801314012-19/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801314012-19/fragment/page=0002

1468 · 16 Febb · Casarglio 52

In nomine domini amen. Anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, indictione prima,
existente domino potestate Canalii magnifico domino Cristoforo de Casate, die martis sextodecimo mensis februarii,
hora in ortus, in loco Canalii, videlicet in domo habitationis heredum quondam Bartolomei de Barocio, sita ubi
dicitur in Pasquario. Ibique Petrus de Mazono de Canalio filius quondam [illegible], renuntians exceptioni non habitorum
et sibi non traditorum denariorum fuit confessus manifestus tacitus et contentus ac dixit et protestatus
fuit se nomine et ex causa mutui habuisse et recepisse a Johannino de Barocio filio quondam Simonis habitatore Canalii
libras duodecim imperialium et solidos tredecim. Quas libras duodecim et solidos xiii imperialium dictus Petrus
de Mazono omni exceptione remota guarentiam et solemni stipulatione promisit prefato Johannino de Barocio ei
dare restituere et solvere hinc ad festum sancti Michaelis proxime venturum simul cum omnibus damnis
expensis et interesse restituendis, renuntians omni probationi solutionis, nisi hoc breve casso vel alio simili. Hoc
acto pacto inter ipsos contrahentes, videlicet quod si dictus Petrus fuerit negligens in dando et solvendo et non dederit
et solverit dictas libras duodecim et solidos xiii imperialium ipsi Johannino infra terminum dictum, quod ipso elapso
termino possit ipse Johanninus et sibi liceat dictum Petrum detineri facere personaliter et in carceribus
poni ac de bonis et rebus ipsius Petri sequestrari seu saxiri facere in omni civitate burgo castro
villa et omni alio quocumque loco ubi ipsi Johannino accidet et melius videbitur et placebit dictum Petrum
conveniri coram quocumque iudice tam ecclesiastico quam seculari, renuntians ipse Petrus omnibus iuribus
legibus statutis et decretis ducalibus quibus posset se tueri vel defendere ne contra eum fiat executio
realis et personalis ad requisitionem et petitionem ipsius Johannini omni die et hora in quolibet loco et coram
quocumque iudice dicto usque ad plenariam solutionem dictarum librarum duodecim et solidorum xiii imperialium cum suis expensis
legitimis. Et causa sic attendi et firmiter observandi idem Petrus obligavit eidem Johannino omnia sua
bona pignori. Et ad maiorem firmitatem ipse Petrus sponte tactis scripturis iuravit ad sancta
dei evangelia in manu mei notarii infrascripti predicta omnia et singula attendere observare et non
aliquatenus contravenire. Interfuerunt ibi testes magister Augustinus de Barocio sartor filius quondam Bartolomei
et Albertolus de Zucharo filius quondam Franceschini habitatores Canalii noti [illegible] rogati et vocati.

Ego Bernardinus de Prandis de Canalio filius quondam Johannini notarius publicus
hoc breve rogatus tradidi abbreviavi scripsi et me subscripsi.

Morleio 7 (52)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801314012-19/fragment/page=0003
DFG